

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
 Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
 gehörig.

No. 2328
 auf Ja 2400.

Handwritten scribble

Handwritten notes:
 = 00
 00
 00



14
DODECATAEON

*Ornatissimo ac doctissimo
viro-juveni*

D N.

GEORGIO FEHRIO

KITTHINGENSI FRANCO

Iurium Studiofo

I E N A

*In patriam iam-iam abiturienti
Mense Martio*

Anni

CID. ID. CII.

Synceri amoris boniq; ominis ergo

παρὰ Φιλῶνων

Scriptum atq; sacratum.



IBIDEM

Typis Lithanæcanis.

DOCTO CATION

Georgius Agricola

h

Georgius Agricola

De re metallica

liber primus

capitulum primum

De metallis in generalibus

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis

De rebus metallicis





PROPEMPTICA
AMICORVM ET
COMMENSALIVM.

I.

M. IACOBI ROSEFELDI P. L.



Am Sais & Themidis, satus & tua cym-
ba Minervæ

Mercibus, & pulchris est onerata
bonis.

Mercurio ergo viam Lucroq; favente capeſſis,
Ut patrios hilaret tanta Saburra Lares.
Dexter adi portum; seu te Venus aurea vinclo,
Ceū ferrum magnes pelliciente trahet;
Fama enim amicorum charis te elabier ulnis,
Condat ut in gremio te Sais alma suo.
Sive capeſſendum traderet tibi patria munus,
Sive quid auſurus ulterioris eris,
Quicquid erit tandem, fiat FELICITER oro,
Seu Pyrañcia ſubis, ſeu proteleia paras.
Omnia ſauſtus agas, cordatus & eſto, nec unquam
ſervitum, à nobis iam manumiffus, eas.

A 2

ANNA



II.

Anagramma eiusdem.

GEORGIUS NAVCLERVS
IN VSV CLARE SVGGERO.

Quanta sit Eunomia maiestas, quātus & usus,
EN CLARE IN VSV SVGGERO
Qui studio totum me mancipio Iuris & equi,
Et ius & equum se mihi!

Hinc SVRGO GENIVS geniali A LVCE CO-
Et Iuris irradiio decus (ruscus,
Patria pande sinus, clare usum suggero in usu!
Per me triumphabis bene.



III.

M. IOANNIS HARTMANI FRANCI
P. L.

Parodia Horatiana lib. 3. Od. 15.

FILI patris o optimi,
Tandem gnave operæ fige modum tuæ,
Immensisq; laboribus.

Maturo propior perge tori iugo
Inter ludere virgines,
Et cordi sociam quærere saucio.

Non,

Non, si quid MELICVM decet,
TE NAVCLERE etiam ! rectius is novem
Expugnat iuvenum domos,
Fato Mæonides motus uti aspero.
Illum cogit amor Lyræ
Astræo similem fundere carmina.
Te lamnæ propè fertilem
Servatæ HERBIPOLIM, Biblia in ædibus,
Et telluris opes iuvant,
Et Bacchus veteris fece tensus cadi.



IV.

Eiusdem pro eodem
ἐὐχὴ ἀναγερματική.

GEORGIUS NAVCLERVS CITTHIN-
GO-FRANCVS IVRIVM STUDIOVS
IENA ABITVRIENS.

Divinae gnarus Legis nunc gestit abire:
Tu FORT-huic risu sis comes-VNA
viro !

A 3 IOAN-



V.

IOHANNIS RVDINGERI MARCOBR.
LL. Stud.

Moestum sororum canticum chorus cantat,
Pro voce moestum fert silentium Phoebus,
Suspirat alma Astræa, quò iam abis, quò iam?
An non vides, ut nostra floret urbs doctus
Viris, sacraei qui libros legunt iuris?
At longius tu commorari in his agris
Iam posse te negas, laresq; contendis
Ad patrios remeare. Faustus ergo sis,
Iubente fato montis arva Salani
Relinque,, Mœni rura faustiter vise.



VI.

GEORGII PFITZMARI PALATINI.

Discede nix & cum nive candidè
FERRI aufuge, imò candidior nive
Iunctum i rogo amplexus puellæ
Quam tibi fors tribuet tenellæ,
Dissolve libros, gignere liberos
Nunc præstat & dulcedine perfrui
Lasciva, adaucti quâ Sabini
Qua pia Christiadum caterva.
Dimitte Salanæ, Metamorphosis
Existat, & sit ritè maritulus
Qui nominabatur iuvençus:
Hinc pater haud studiosus audis.

Diverto

Diverte quæso & Gnosiacum tuæ

Nymphæ merum liba unica & unius,
Elinge labris labra Hyblæa,
Perpete quæ uida liquore stillant.

Disquire (cei debes) Tyrianthinum

Quo corpus exornare decet tuum
Ceu vere flores intumescunt
Murice versicolore culti.

Disrumpe spissas Salaidum fores,

Pulsa pudicos Francigenam thoros,
Namq; adnuit tota innuitq;
Francia prosperiter Phileta.

Diffringe portas, iam iuvenilibus

Nunc Horulis, nunc utier addecet.
Iphissimo ætas currit Euro
Ocyor at reditura numquam.

Discerpe bellæ Virginis (ut libet)

Quos porrigit consors tibi fosculos.
Vouva sunt hæc quæ reposta
Fercula & apta via, apta amanti.



VII.

Eiusdem Anagrammatismus

GEORGIVS FEHERIVS,
HEVS! IVS FEROGREGI.

SIm quod ego subitus solvendo ænigmata iuris,
Hoc augur secum fert Anagramma mihi.

A 4

Hûc

Huc igitur, nostrumq; audacter adito tribunal,
Quem litis vel odii tangit & angit onus.
Huc ades HEVS? tali resonat mea Symbola voce.
Romanum humano IVS FERORITÈ GREGI.



VIII.

CHRISTOPHORI MYLII FRANCI.

Dicite SALANAE (scio vos scire omnia)
MUSAË,

Cur vestrâ FERHER cedere ab urbe velit:
Cum tamen & vestris habeat quod spectet in hortis,
Et monstrent vestræ dona probanda manus?
Qua ratione DEVM noscas ex dogmate CHRI-
STI,

Monstratur verâ sub pietate fides.
Artibus, & cultis viget hæc Academia linguis,
Summos cum magno præstat honore gradus.
Nec quoq; dives abest pulcrarum copia rerum
Quas DEVS huic uni contulit ipse loco.
Adsunt mirificæ Cereris, sunt munera Bacchi,
Gramina prata ferunt, semina campus habet.
Sunt per frondosas Salientia flumina valles,
Inter quæ primum tu SALA nomen habes.
Irrigui fontes adsunt, dulcesq; recessus
Sylvarum, Satyros quos habitare ferunt.
Adsunt & pulcræ blandissima turba puellæ,
Quas meritò semper gens studiosa colit.

Nec

Nec desunt qui vina bibunt & pocula siccant,
Et sunt qui Cytharæ plectra sonora movent.
Hæc, & plura tenet locus hic; cur ergo recedit
NAVCLERVS? Salides dicite quæso DEÆ.
Cûr abit? an posthac miles ferus arma sequetur?
An res augebit mercibus ille suis?
Incitat an rerum consveta cupido novarum?
Res nova nonnunquam non leve calcar habet.
Non ita: namq; aliud latitat sub pectore vulnus;
NAVCLERVS mâius pectore volvit opus.
Forsitan arcani nova vincula tractat amoris,
Exigit hanc subitam forte puella viam?
EST ITA: nam patriâ signandus honore manebit,
Cum virtute suâ præmia digna feret.
Tunc etiam ingenuam thalamo sociare puellam
Mens est; Eveniat quod meditatur opus.
Casta puella tibi obtingat, tibi blanda puella
Oscula grata dabit: basia grata dabis.
Sic animo quoniam tibi stat sententia firma;
Sic quia iam mens est patriis adire lares.
Sis felix, adsitq; DEVS tibi Trinus & vnus,
Ad nos sive potes, sive venire nequis.
Faustus abis, venias patrias sic faustus in oras,
Persiciasq; DEO vindice tutus iter.
Annuat ipse DEVS votis ut utrosq; parentes
Invenias salvos, annuat ipse DEVS.
Æthereaq; tibi transmittat ab arce ministros
Angelicos, quorum Tu tuearis ope.
Sed tamen hoc addam: sinthæc mea vota Georgi,
Semper amicorum nomen ab ore feras.

*Mente tuos memori serves constanter amicos,
Nomine virtutis quos tibi iunxit AMOR.
Si memor ergo mei quo te fors optima sistet
Sint tua vota VALE, sint mea vota VALE.
Vive, vale, valeat votum, valeamus utrinq;
Et valeant mea qui vota valere volunt.*



IX.

PETRI BUTNERI SVINFVRTENSIS

διαλογισμός.

Qua te caussa movet nostris valedicere Athe-
nis,

Et tibi iunctum avido linquere amore gregem?

Me vocat ad Nymphæ trafixum mater
Amoris

Aedeis, ut medicas mi ferat una manus.

Audio sed tantum te vix puto vulnus habere,

Quod curare SALAE non Meditrina queat.

Nec Meditrina Salæ, nec quit medicina
dolorem,

Vlla meum: Mœnj tollere Nympha pos-
test,

Ocyus ergo isthuc properè propera optime Amice,

Ocyus ut fias saluum & incolumis!

Salvus & incolumis fac tu sis optime amice,

Fortassis vulnus par alis ipse meo.

SAMV-



X.

SAMVELIS BINDERI SVEVI.

Svm brevis & paucus : brevitatis gratissima
virtus

Quæ fuerat stantis marcida vena iacet.
Nulla saburratæ depango carmina menti :
Sat mihi si nullo, si placeo vnico, erit.
Quid binis, uno si possum funderè verbo?
Perpetuo salve, perpetuoq; vale.



XI.

IOHANNIS HIRSCHII FRANCI.

MVsis Salanis, FEHRI, valedicere, fato
Sic hortante : patris visere tecta cupis?
Plus mihi, præsentis, num non iam copia restat,
Vti qua possim fretus amicitia?
Sed quæ fata iuvant, quæ numina sancta repo-
scunt,
Immutata valet reddere nullus homo.
Ergò faustè abeas, patrios ad ea q; penates,
Sinceri ac fratris sis memor usq; tui.

MARTINI



XII.

MARTINI DEICHSELMANI
TVBERANI.

A H, ah, quo properas? patrias num tendis ad
oras?

Heus te Sala, heus te Nympha, morare, vocat.
Ah properas? Te fata (reor) meliora vocabunt,
Vade bonis avibus: fors meliora dabit.



ABRA-



ABRAHAMI VCALE-
GONTIS CIZENSIS.

Ad currum

GEORGIUM FEHR

vehentem προσφώνησις.

Sic te, gubernet Nuntius ali-
ger,
Plejas Tonanti quem peperit
Iovi

Eoa, currus, qui GEORGVM
Francidi viniferæ FEHERVM
Orbes. GEORGVM Francidi
patriæ

Exopto reddas incolumē, meū
Servetq; carū pectus vnum,
Dimidiumque animæ FEHE-
RVM.

Kitthinga

Kitthinga te sic aspiciet lubens,
Sic & GEORGI gratus eris patri,
Et sic meâ verâ lubenter
Quam potero: benè prædi-
cabo.



THESEVS Pitithoo.

F*Rater amo fratrem fraterno pectore:
rursum*

Fraterno fratrem pectore frater ama.



DISCEDENTIS

γελοδάκρυον.


I*ena venusta vale: dulcissima patria
salve:*

Par genitoris Have: bella puella fave.

F I N I S.








44/4

AB 44 ^M / K,4

ULB Halle 3
002 680 319



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

14

DODECATAEON

*matissimo ac doctissimo
viro-juveni*

D N.

ORGIO FEHRIO

THINGENSI FRANCO

Iurium Studiofo

I E N A

*atriam iam-iam abiturienti
Mense Martio*

Anni

CID. ID. CII.

ri amoris boniq; ominis ergo

παρὰ Φιλῶνων

criptum atq; sacratum.



IBIDEM

Typis Lithanæcanis.